

P R O B L E M A C C X X X V I I .

C A P U T
XXXIII.1.
2.
3.

Sachinam.

Quo omne Iahacob adorauit Hesau septies? An malo omne, ut somniant aliqui *Genes. 32.* Hebrei dicentes, quod errauit Iahacob, & in perniciem populi sui id fecit? Falso enim autem, quod per adorationem illam denotare voluit subjectionem, quam sufferre debebat populus Iraëliticus apud Idumæos, id est Christianos, ut ipsi interpretantur. An errauit (ut dixit R. Eleazar) quia fecit contra præceptum illud, Non *Exod. 20.* adorabis Deum extraneum? Nam idem erat adorare Hesau. An (ut Zohar afferit non adorauit Hesau, neque latus sinistrum, unde ipse venerat, sed spiritum Dei præcedenteum, quem ipse Zohar Sachinam vocat? Et idcirco adorauit septies, quia ipse est Bersabah; id est puteus *Luc. 17.* septem superiorum influxuum, & donorum. Quem puteum Christus vocat regnum Dei, afferens ipsum esse intra bonos.

P R O B L E M A C C X X X V I I I .

1.
2.
Ver. 31.
cap. 32.

Ver dicitur, quod Iahacob claudicabat, feniore ab Angelo tacto? An quia cœnire solet in pugna, ut viator quis fiat, etiam vulnere suscepit? An (ut ad mysteria confundamus) id factum est, ut viatoriam, quam referre nequiverat de Iahacob sancto, haberet de filiis decimantibus? Per femur enim intelligitur fons, unde egressi sunt omnes filii Israël, qui saepius in lege claudicarunt. Quemadmodum, & serpenti dictum est, quod caput eius conterendum erat à semine mulieris, id est à Christo; & nihilo minus ipse serpens insidiatus est calcaneo ipsius Christi, id est Iudæ, ut alibi differuimus.

Verbū adorandi, quod tantum apud Catholicos pro cultu diuino in visu esse solet, apud Hebreos verbo ιατρος Saha, & Histacae significari solet, quod est revereri, & honorare cum corporis inclinatione personam sine diuinam, sive angelicam, aut humanaum; quomodo Loth adorauit Angelos *Gen. 19.* & Iacob Esau; fratres Iosephum *Gen. 42.* Sic enim fieri solebat ab Orientalibus, unde Liuius teste lib. 30. legati Carthaginenses cernui, & adorabundū pacem a Romanis petierunt: id autem non solū extermum, sed & internam reuerentiam, ac spiritualem cultum significat, quem Deo exhibemus: sic enim *Gen. 23.* & 24. Abraham adorauit Dominum; & 47. Israël Deum adorauit. *Exod. 23.* non adorabū deos alienos. Fiebat autem adoratio rām aëtibus, quam verbis externis quintupliciter, ut notat Pater. Primum corpore proflato ad terram; ut propheta Nathan ante Dauidem adorauit *3. Reg. 1.* Secundū modica capitū, & corporis inflexione, quod nos inclinationem mediocrius appellamus. Tertiū pēnitus genitio *Isaï 45.* *Milii curvabitur omne gennu;* & *3. Reg. 19. 7.* *millia virorum nondum incurvauerunt genia sua ante Baal.* Quartū manus deosculabantur, de quo Plinius lib. 26. cap. 2. & Iacob *Genes. 31.* *Si vidi solem cū fulgeret,* &c. vbi secundū Hebrewum legitur, & oscularū sum manū meā ore meo, quā est iniquitas maxima, & negotio contra Altissimum cuius etiam D. Hieron. 1. lib. Apol. aduer. Rufin. meminit: & p̄f. 2. pro. Apprendit disciplinam. Hebrewi legitur, oscularū filium. Quintū denique tangerendo genua, atque mentem apprehendendo, cūs meminit Plin. lib. 11. cap. 45. quomodo Homerū matrem Achillis Ioui supplicante indicet. Quām verò impie loſionē circa hac verba quatur Illyricus, dum mentitur Theologos confitit distinctio Dulie, Hyperdulie, & Lattie Idolumani excusat voluisse, constabit ex quæſione, quām excitabimus de adoratione in proportionē ad imaginem, &c. vbi dī.

prijs commentarijs: & hanc distinctionem praclarè tuebimur.

De Sechinam Veneti iam anteā egimus, ac proinde par effo iudicium de istis nugis, ac de ceteris; facile verò rationem poterat reddere, cur Iacob adorasset septies, tamē si ad rugas Cabalistarum non recurrisset. Quandoquidem ista corporis incurvations erant symbola reverentie, qua Iacob animus erga Esau affiebat. Ipsi verò, quorum adorare interterat, numerum, ut exigitimo, probibito eligeant: legitimus enim Dauidem ter adorasse Ionathan Saulis filium *1. Reg. 20.* potuit etiam Septenarius numerus indifferenter pro multoties, apponi. Precipuum verò quod attendi debet, est, quomodo fratrem vincat obsequijs, deiectione, munieribus, ac blandis appellationibus, ut eum ad reconciliationem prouocet: hic autem omnia fitēt ab Esau agi credunt Iudæi, quod tamen à veritate videtur alienum, cūm ita cūcurerit, amplexatus fuerit, fixerit oscula, quodque pluribus faciendū esse videtur, vñā fleuerunt, præterea Iudæ dicunt Esau pauca locutū instar superbi, & ea cum quadam faſta protulisse, cōtra verō Iacobum multa dixisse, & ea summa modestia, & humilitate.

Circa 238 problema, clarum est Venetum feinper malum Angelum subintelligere, quo sublate rituit torum problema, vel saltem Angelum Esau, qui comaretur expellere Iacob de terra Chanaan.

Quod attinet ad femur ab Angelo tactum, Hebrewi legitimis Capit. quod Interpes nostri femoris nerum vertit: 70. habent latitudinem femoris. Oleaster curvatur, per quam designari potest coxendix, qua luxata fuit, qua ifchy conneccitur: vocant enim acetabulum, cotylen, sive cauitatem ossis, in qua summā pars femoris absconditur, cui caput tendine quodam iungitur: neruum interpes vocavit, quem Angelus lævit vehementi percussione, seu collisione: sic enim lucentes quoquomodo solent eiudendi causa

ximis, an
homo pos-
sit adorari.Cur septies
Iacob ado-
rauerint
Esau.
*1. Reg. 10.*Problema
238 discuti-
tur.Vatablus
legit palam
femoris, vel
in pala 222
72.